

L 20 Abschiedsfest

Domitius: „Iam decima hora est, tempus est abire.

Volo apud Flavium adesse, cum cena incipit.

Magnae, credo, cenae intererimus.“

Mox Domitii domum¹ Flavii Lepidi intrans, ubi iam multi hospites adsunt.

Modo servi gustationem² apportant et vinum in pocula³ fundunt.

Ecce! Quinque senatores iam accubant⁴ et vinum bibunt.

Tum Domitii etiam Flaviam conspiciunt,

quae cum Aulo fratre ad mensam⁵ sedet.

Statim Quintus iuxta eam considit.

Priusquam parentes accumbere⁴ possunt,

Flavius Lepidus magna voce silentium poscit.

„Amici! Vos cenam cupere scio.

Sed priusquam incipimus, audite me!

Galla serva filiae meae in servitute per quattuor menses bene adfuit.

Itaque hodie ei libertatem dabo eamque ad mensam⁵ accipiam.

Vos testes aderitis.“

Nunc Gallam sic appellat: „Cape pilleum⁶, libera esto⁷!“,

eamque iuxta Flaviam collocat.

Tum: „Suadeo cenemus⁸.“

Omnes plaudunt, accumbunt⁴ seque cenae dant.

Subito decem petauristarii⁹ intrans et omnes arte sua delectant.

Sola Flavia e spectaculo voluptatem non capit; sedet et tacet.

Tum Quintus: „Maestane es, quod mater fraterque a te absunt?“

Flavia oculos in amicum vertit.

Quintus dubitat, tandem: „Cur taces, mea Venus? Cupio omnia, quae tu vis.“

Flavia amicum laeta aspicit. Nunc etiam ei cenam placere apparet.

1) **domus** (Akk. **domum**) f: Haus (*in der Stadt*) 2) **gūstātiō**, **-ōnis** f: Vorspeisen (*als erster Gang der cēna*)
3) **pōculum**, **-ī** n: Becher 4) **accubāre**: zu Tisch liegen/**accumbere**: sich auf einer Liege am Tisch niederlassen
5) **mēnsa**, **-ae** f: Tisch 6) **pilleus**, **-ī** m: Filzkappe (*Kopfbedeckung der freien Bürger*) 7) **estō**: du sollst sein
8) **suādeō cēnēmus**: die Tafel ist eröffnet („*ich empfehle uns zu essen*“) 9) **petauristārius**, **-ī** m: Akrobat